

# **Decretum almae universitatis parisiensis.**

**Numéro d'inventaire :** 1980.00013.30

**Auteur(s) :** Quintaine

**Type de document :** imprimé divers

**Éditeur :** Université de la Sorbonne (Paris)

**Période de création :** 2e quart 17e siècle

**Date de création :** 1626

**Description :** Impression N&B.

**Mesures :** hauteur : 528 mm ; largeur : 401 mm

**Notes :** Texte en latin informant que le Recteur de l'Université de la Sorbonne, après avoir examiné sur demande les passages incriminés d'un livre de théologie, condamne ceux-ci comme hérétiques. Une lettrine "Q" du mot "Quod".

**Mots-clés :** Théologie

**Filière :** Université

**Niveau :** Supérieur

**Nom de la commune :** Paris

**Nom du département :** Paris

**Autres descriptions :** Langue : Français

Nombre de pages : n.p.

Commentaire pagination : 1 page

Mention d'illustration

ill.

DECRETVM  
ALMÆ VNIVERSITATIS  
PARISIENSIS.  
ANNO SALVTIS CICICXXVI. DIE XII. KAL. MAIAS  
IN MATVRINENSI. SCRIBENDO ADFVERVNT RECTOR,  
DECANI, PROCVRATORES, MAGISTRI  
VNIVERSITAS STVDIORVM.



VOD verba fecit RECTOR, sapientissimum Ordinem Theologorum, pro suā in Rem Christianam, Regem Christianissimum eiusque Imperium fide ac pietate, boni atque recti constanti amore, maiorum solenni more, Antonij Sanctarelli Iesuita de Hæresi, Schismate Apostolico, &c. Librum inspexisse, & deprehendisse in eius libri Capitibus XXX & XXXI. Tractatu de Hæresi, has propositiones: *Summum Pontificem posse panis temporalibus punire Reges & Principes, eis que deponere, & suis regni priuare ob crimen hæresis, corumque subditos ab illorum obedientia liberare, eamque semper in Ecclesia fuisse consuetudinem: & propter alias etiam causas, ut pro delictis si expedit, si principes sint negligentes: propter insufficientiam, & iniuritatem suarum personarum. Item, Pontificem ius eg potestatem habere in spiritualia simili & anima temporalia: & in eo esse de iure divino utrumque potestatum, spiritualis & temporalis: credendum esse, Ecclesia summo que eius Pafiori concessam esse facultatem puniri panis temporalibus Principes transgressores legum diuinaturum & humanitarum, præscripsi si crimen fuerit hæresis. Eundem Sanctarellum asserto, Apóstoloris suis subiectos Principibus facultibus de factu non de iure: quin etiam statim atque constituta est Pontifica Absoluta, capitulo annis Principes esse illi subiectos: denique cum explicare verba Christi, Quodcumque ligauerit super terram, &c. non tantum de potestate spirituali, sed etiam de temporali: Ipsiisque sancto Paulo impone, verba illius, detracta negatione, immutando, & multis auctoribus ab ipso citatis: alia etiam multa similia: Eaque propter, die IIII Aprilis, publicâ, iustâ legitimâq; animaduincione, notâ, censurâ, pestiferi, eius libri propositiones istas improballe, & cam doctrinam quam continent, tanquam nouum, falsum, erroriam, verbo Dei contrarium, Pontificie dignitati odium conciliantem, schismati occasionem præbentem, supremè Regum auctoritati à Deo solo dependenti derogantem, Principum infidelium & hæreticorum conversionem impedientem, pacis publicæ perturbatorem, Regnum, Statuum, Regumque publicarum euersum, subditos ab obedientia & subiectione avocantem, & ad factiones, rebelliones, seditiones & Præcipuum particidio exercitarem, damnable;*

De ea re ita censuerunt. Laudandum amplissimis verbis sacrum Ordinem Theologorum, qui de improbâ & exitiali doctrinâ istâ pie religiose salubriterque statuerint, generi Christiano, Galliæque in primis priscæ veraque doctrinæ lumen opportunè ostenderint, maiorum virtutem retulerint, remque adeò fecerint illâ professione tuendâ veritatis & Studiorum Vniuersitate dignissimam.

Vtque nouæ ac pestilenti doctrinæ aditus omnis intercludatur, & omnes qui è disciplina nostra sunt, eamque in posterum amplectentur, aut in eam nomen dabunt, mature intelligent sensus sibi animosque è Sacri Ordinis illâ Sententiâ compárandos, à damnata doctrinâ istâ longissime disiungendos; Vtique eam omnes auersentur, detestentur & abhorreant, priuatim ac publicè dedoceant, confutent, coarguant;

Faciendum, vt Supplicationum solemini primo, tem quotannis in eo cœtu, qui publicè supplicandi & procedendi causâ, statim ab instauratis Scholismense Octobri agitur, priusquam cuiquam postulare quid licet, à Procuratore Vniuersitatis ea Censura palam recitetur: tabulis librissue omnium Ordinum Nationumque inscribatur: eius exempla luo Actuarij sacra Facultatis manu distincta subscriptaque in commune tabularium inferantur: totidem ad singulos Collegiorum & Domorum Moderatores primo quoque tempore mittantur: vt omni opac studio ab istius doctrinæ contagio arque peste, omnes qui eo contubernio domicilioue videntur, arcant, operamque dent, vt ne cui contra quam sapientissimus Ordo decreuit iudicavitque, dicere facerent: quicquam licet. Si quis eorum quid migrari fecisset fecerit Doctor, Professor, Magister, Discipulus, Literarum ciuis, aut laudatissimam Censuram vlo quo quis pacto, dicto, scripto quacumqu tandem de causâ obtentuve solicitarit, mouent, attentarit; Is ignominiz causâ dimissus, Gradum, Ordinem, Tribumque perpetuo interdicto amittat.

QVINTA IN E Scribe Vniuersitatis.